



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Pvblicas proceßiones quando valeat, & quas personas ad illas
compellere possit. Allegatio LXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

24. de reformat. capit. 12. in fine. Idem etiam numeris sequentibus dicendum putat de alijs canonicis eligendis præscripto Concilij Tridentini sess. 25. de reformat. capit. 6. & cap. 8. versic. quod si hospitalia, alijsque in locis. Sed hoc ita indistincte verum non est, nisi id concedatur privilegio, vel consuetudine legitima præscripta, aut statuto Ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmato, quale est Mediolani, idem Moneta d. par. 2. q. 11. n. 68. & sequent. optime Nicol. Garcia de beneficijs in additio. ad p. 3. c. 2. n. 355.

34. Pueri ad hoc Seminarium admittendi, debent esse ad minus duodecim annorum, de legitimo matrimonio, habitu clericali semper uti, singulis diebus Missas audire, singulisque mensibus confiteri, ac corpus Christi sumere, si id Confessor iudicauerit, non incorrigibiles, ut admonet Concil. d. loco, vers. discipulos pauperum autem filios præcipue eligi vult, prout refert praxis Episcop. part. 1. verbo Seminarium, §. 2. Ibidem discere debent Grammaticam, cantum, computos ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum formam, & ritum, ac caeremoniarum formulas, prout disponit Concil. dicto loco, §. ut vero, & referunt praxis Episcopalis, verbo Seminarium, §. 3. Fusc. d. cap. 16. nu. 14. & de educatione puerorum multa tradit Lorin. in alt. A. post. c. 7. vers. 22.

35. In Bracharenfi ciuitate vna de antiquioribus Hispaniæ Urbibus, quam à Gallis Celtis cognomento Brachatis fuisse conditam fama est anno ante Virginis partum ducentesimo nonagesimo, est celebre adolescentum Seminarium, ad normam Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi sub Principis Apostolorum tutela, & patrocinio, cuius imago ex marmore inaurata fulget excelso, ac sublimi in loco pro foribus eiusdem Collegij adificij moles, tum ad speciem pulchra, tum ad disciplinam tuendam, per quam accommodata est, Primatilibusque ædibus vicina; hic quinquaginta collegæ talari veste coloris cerulei induti peramplè, & copiose sustentantur sub Rectore, & Vicerectore viris doctis, & grauib, qui in tardos animaduertunt, & incorrigibiles expellunt Archiepiscopi auctoritate, qui reliquos pro vniuersi cuiusque in literis, & virtute progressu præmijs afficit, omnes discunt musicam, & ad publica gymnasia Grammaticæ, Philosophiæ, ac morales, & speculatiuæ Theologiæ quotidie gregatim pergunt Vicerectore comitante; in omnibus mira modestia, mira domi, forisque disciplina elucet, magnus etiam per totam dioccesim fructus exuberat.

S Y M M A R I U M.

1. Processiones à procedendo & eundo dicuntur.
2. Processiones publicæ sunt, quæ fiunt in litanijs maioribus, & minoribus, aut pro bono publico, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo sanctissimi Corporis Christi.
3. Processiones publicæ nemo valet indicare, nisi Ordinarius sit.
4. Processiones publicæ dirigendæ sunt quò voluerit Episcopus cum consilio Capituli.
5. Vicarius generalis absente Episcopo potest publicas

processiones indicare.

6. Processiones priuatae sunt, quæ à Capitularibus, & clericis, ac Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas causas.

7. Regulares absque Episcopi licentia processiones etiam priuatas facere non possunt, præterquam intra Ecclesiam, eiusque, & monasterij ambitum.

8. Exempli clerici tam seculares, quam Regulares, etiam Monachi, ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt.

9. Clerici omnes diocesani, quantumcunque exempti, si beneficia habeant, etiam simplicia, in diocesi, vel obtineant officium in Ecclesijs, possunt compelli accedere ad publicas processiones.

10. Clerici, qui sunt nullius diocesis, vel extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, non possunt compelli accedere ad publicas processiones.

11. Clerici inseruientes Ecclesijs Religionis Hierosolymitanæ nullas immunitates feruari possunt quin ad processiones vocari non debeant.

12. Canonicos & alios Presbyteros beneficia, vel officia ecclesiastica obtinentes, potest Episcopus cogere, ut accedant ad processiones publicas, aut indicatas pro bono publico, vel honore.

13. Sacerdotes nullum officium, aut beneficium ecclesiasticum obtinentes in ciuitate, vel diocesi, non sunt ab Episcopo compellendi ad villas processiones accedere.

14. Regulares quantumuis exempti tenentur accedere ad omnes, & quasque processiones publicas, & consuetas, aut indicatas pro bono publico, vel honore.

15. Regulares, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, non possunt compelli accedere ad processiones.

16. Conuentus, in quibus Fratres sub arctiori clausura degunt, ita ut nec in choro contenti, nec ad mortuos accedant, non sunt compellendi accedere ad processiones.

17. Canonici Regulares Sanctæ Crucis Conimbricensis veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt.

18. Monasterium Sanctæ Crucis Conimbricensis ab Alphonso Henriquez I. Portugaliæ Rege extructum, & ab Emmanuele restauratum fuit.

19. Conimbricensis Ciuitas situs præstantia, antiquitatis commendatione, & Regiæ quondam Sedis prærogatiua celebris.

20. Conimbricensis Academia laudes qui cumulent, citantur.

21. Regulares absentes à ciuitate per dimidium milliare, non sunt compellendi ab Episcopo accedere ad processiones.

22. Regulares, vel alij habentes ex privilegio, ut non teneantur ad processiones ire, non sunt compellendi, quamuis semel, vel sæpius iuerint.

23. Religiosi Societatis Iesu habent ex privilegio, ut non teneantur ad processiones accedere.

24. Confraternitates laicorum an possint per Episcopum compelli accedere ad processiones publicas ostenditur.

25. Regulares non accedentes ad processiones in casibus, quibus tenentur an penis, & censuris valeant per Episcopum puniri ostenditur.

26. Controversias omnes de præcedentia inter ecclesiasticas personas tam seculares, quam Regulares contingentes, Episcopus a motu omni appellatione quoad effectum suspensuum summariè componit.

27. Præcedentia sunt iudicanda secundum loci consuetudinem.

28. Fundatio antiquior in præcedentijs componendis maxime attendenda est.

29 Canonici Regulares præcedunt Monachos etiam nigras.

30 Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes.

31 Compromitti an possit in materia præminentiarum? ostenditur.

32 Controuersia de præcedentia quomodo componenda: edidit Gregorius XIII.

33 Constitutio Gregorij XIII. de præcedentijs habet locum in prioritate unius diei, vel horæ.

34 Prioritas, seu præuentio causatur non solum per unum diem anterioritatis, sed etiam ratione unius horæ.

35 Præcedentie sunt terminandæ secundum quod in Alma urbe omnium magistræ seruatur.

36 Religio debet præcedere, quæ est prior in institutione, & approbatione.

37 Monachitrium fontium, & Sanctæ Crucis in Hierusalem, debent præcedere Monachos sancti Eusebii, ex quo eorum ordo, qui est Cisterciensium, fuit prius institutus, & approbatus.

38 Parochus in sua Ecclesia est præferendus Decano, & Capitulo Collegiata ad eam Ecclesiam personaliter ex antiqua consuetudine accedentibus.

39 Confraternitates quomodo componenda dum inter eas contenditur de præcedentia remissive.

40 Iudicium possessorum pro honore competit.

41 Antiquiori & nobiliori competit locus honorabilior, quod si ab eo deturbetur, fit ei iniuria, quam de facto potest propellere.

42 Controuersias circa locum incedendi in processionibus an aliquando compenat secularis iudex, ostenditur.

EPISCOPVS PUBLICAS

processiones quando indicare valeat,

& quas personas ad illas compellere possit.

ALLEGATIO LXXVIII.

1 Processiones à procedendo, & eundo dicuntur, namque conuocato, & procedente Clero cum vexillis, Crucibus, & cereis, ac sequente populo fiunt, ita Petrus Gregor. lib. 1. partitio- num iuris Canonici tit. 20. cap. 4.

2 Publicæ autem processiones sunt, quæ fiunt in Litanij maioribus, ut in festo S. Marci; & in minoribus, ut in triduo antecedente Ascensionem Domini; cuius orationes appellantur ab Ecclesia Rogationes: vel quæ fiunt pro bono publico ratione occurrentis necessitatis, ut imminente peste, alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur: ita praxis Episcopalis p. 1. verbo processiones §. 1. Prosper de Augustino in additionib. ad Quarantam in summa Bullarj, verbo præcedentia, Regim. de potestate Episcopi part. 1. capit. 20. §. 2. numer. sext. Aloys. Ricci. in praxi fori ecclesiastici decis. 362. in prim. editione. & resolut. 308. numer. sept. in secund. editione, Campanil. in diuersorio iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 118.

3 Huiusmodi autem publicas processiones indicare nemo valet, nisi Ordinarius sit, ut resoluunt Campanil. d. loco, Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore clericorum reali, §. 2. numer.

quint. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiastici §. 4. capit. secund. numer. 142. Aloys. Ricci. d. numer. septim.

4 Vbi etiam, quod Episcopo competit decernere Ecclesias, quæ adiri debeant, num processiones publicæ dirigendæ sint, quo voluerit Episcopus cum consilio Capituli, dicunt decisum Francisc. Leo d. part. 4. capit. 2. numer. 145. Armendar. in addit. ad recopil. Legum Nauarræ lib. 1. tit. 14. capit. 28. §. 31. de processionib. numer. 1. & 2. ita ut Episcopus solus sine consensu Capituli edicere, & dirigere eas non possit, idem Armendar. d. loco num. 4.

5 Et absente Episcopo idem posse Vicarium generalem refert Armendar. d. loco n. 3.

6 Et in huiusmodi processionibus, maxime si sunt generales omnes clerici debent ad Cathedralalem conuenire, capit. quoniam, dist. 38. Seraphin. decis. 15. Priuata vero processiones sunt, quæ à Capitularibus, & clericis, & Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas causas Armendar. d. num. 3.

7 Regulares tamen abque Episcopi licentia eas facere non posse vltus probat, præterquam in suis Ecclesiis, cuiusque & monasterij ambitum, quod fuisse etiam non semel resolutum testatur praxis Episcopalis d. loco numer. 4. & sic obseruatum vidisse refert Campanil. d. cap. 13. numer. 118. in fine explosa sententia Iacobi de Gras. consil. 20. de regularibus opinantis illis licere per triginta passus extra ambitum per rect. in capit. sicut antiquitus 17. quæst. 1.

8 Clerici omnes exempti, tam seculares, quam Regulares etiam monachi ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt, ut decidit Concil. Triad. sess. 2. de Regularibus, capit. 13. quod citant praxi Episcop. par. 1. verbo processiones, §. 2. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 36. artic. 1. Stephan. Gratian. decis. March. 232. Tusc. de visitat. lib. 2. cap. 15. numer. 53. Mari. Antonin. vari. libro 1. resolut. 103. num. 16.

9 Et procedere in clericis omnibus diæcesanis quantumvis exemptis si beneficia, etiam simplicia in diæcesi obtineant, refert decisum Aloys. Ricci. in Collectaneis decisionum p. 4. Collectan. 882. in princip.

10 Vel si non habeant, sufficit quod obtineant officium in Ecclesijs, Balb. decis. 339. p. 2. non comprehendere tamen eos; qui sunt nullius diæcesis, vel extra ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, resoluti Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiastici par. 1. c. 8. n. 18.

11 Nullæ immunitates religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quominus eius Sacerdotes inseruiantes Ecclesijs vocari debeant ad processiones, ac nisi accedant, etiam compelli, ut refert decisum Armendar. d. loco n. 5. vbi n. 13.

12 Idem dicit posse Episcopum cogere Canonicos & alios presbyteros beneficia, vel officia ecclesiastica obtinentes, ut accedant ad omnes & quascunq; processiones publicas, aut indicatas pro bono publico, vel honore, & num. 12.

13 Attestatur in sacra Congr. decisum Sacerdotes nullū officium, aut beneficium ecclesiasticum obtinentes in ciuitate, vel diæcesi non esse ab Episcopo compellendos ad vllas processiones accedere.

14 Regulares, quantumvis exempti tenentur accedere ad omnes, & quascunq; processiones

publicas, & conſuetas, aut indiſtas pro bono publico, vel honore: ita diſponit *Concil. d. loco*, & reſert decimum *Armen. ubi proxime numer. 15.* declarant *Fr. Emman. d. tomo 3. quaſt. 36. art. 1. Cochier. de iuriſdict. Ordinarij in exemptos p. 2. quaſtion. 45. numer. 109. Chopin. de ſacra polit. lib. ſecundo tit. 6. numer. 18. Franciſc. Leo d. par. 4. cap. 2. numer. 143.*

15 Primo limita in Regularibus, qui in ſtriſtiori clauſura perpetuò viuunt, vt diſponit *Concil. d. capit. 13. in fine*, & reſoluunt *Franciſcus Leo d. cap. 2. n. 144. Stephan. Gratian. d. deciſ. 232. Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 308. n. 2.*

16 Et conuentus, in quibus fratres ſub arſtiori clauſura degunt, itaut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacent, non ſunt compellendi accedere ad proceſſiones, vt reſert decimum *Armen. d. loco num. 8.*

17 Appellatione eorum, qui in ſtriſtiori clauſura viuunt, venire Canonicos Regulares Sanctæ Crucis Conimbricenſis reſert decimum *Armen. d. loco num. 6.*

18 Monasterium hoc, quod ab Alphonſo Henriquez I. Portugaliæ Rege extructum, ab Emma-nuele reſtauratum, & perfectiſſima Religione cura, & opera Ioannis III. reformatum, vbi-que gentium eſt celebratiſſimum, ob corpora illa primorum Portugaliæ Regum Alphonſi, & Sancti filij, & Theotonij ſancti reliquias, & quin-que Marrochienſium Martyrum, & inſignia virtutum omnium exempla, quod ibi perennat ex memoria Beati Antonij Luſitani, quem ſuæ familiæ aliquando habuiſſe alumnus, in eaque prima tot tantarumque virtutum, qua vniuerſum iam orbem Chriſtianum compleuerunt iacta fuiſſe ſemina in ſupremam ducere poſſunt ſuæ felicitatis partem, de cuius monaſterij laudibus multa tradunt *Marizius in dialogis varia historia fol. 46. & 361. Odoard. Nonius Leon in chronica Regum Portugalia in vita Alphonſi I. fol. 55. verſo, Fr. Ludouicus ab Angelis in vita Beati Auguſtini lib. 4. cap. 21. p. 112. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 3. artic. 1.*

19 Monasterium hoc ſitum eſt in Conimbricenſi ciuitate, quæ ſitus præſtantia, antiquitatis commendatione, & Regia quondam Sedis prærogatiua, tantum alias inter caput extulit Vrbis, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi, cuius agrorum vbertatem aeris temperiem, auriferi Mundæ amœnitatem graphice deſcribit *Marizius in dialogis varia historia dialogo 1. cap. 1. cum ſequentibus*, de qua ita cecinit poëta noſter Luſitanus.

O domus, ô Regum Sedes, ô dulce Camenis

Hospitium, magnis ô loca digna Deis.

Pi libet has vidiſſe tuas Conimbrica moles

Mœniaque Egnati verſibus aucta mei.

Agnosco nunc Pieridum Palatia, quondam

Luſitanorum teſta ſuperba Ducum.

Agnosco celſus, ingens opus, Hercules arces,

Et videri Lymphas cernere Munda tuas.

Non me curuati pontis bona ſemita, non me

Egregium tota quicquid in vrbe, latet.

Omnia miratus Muſis, & Apolline dixi,

Non erat in toto dignior orbe locus.

20 Non poſſum igitur me à recordatione huius ciuitatis pueritiæ meæ altricis diſcedere, in

cuius celebri Academia per duodecim annorum ſpatium iuri Pontificio, Cæſareoque integra ſemper valetudine operam dedi, cui iure optimo ſtudioſum, laborumque meorum fructus, operamque meam, & induſtriam pro collatio in mo-prioris educationis munere, me debere profiteor, de cuius encomiis late *Vasſeus de Hiſpanie antiquitatibus, capit. 20. Hier. Roman. de Reſpub. Chriſtiana part. 1. lib. 5. cap. 20. Fr. Amator Ar-raiz dial. 3. capit. 8. Mariz. d. capit. 1. cum ſequentibus, & dial. 5. fol. 3. cum ſequentibus. De quaidem poëta Luſitanus.*

Regum olim hæc fuerat, Muſarum Regia nunc eſt,

Eſſe vſquam melius non potuerit Dea.

21 Secundo limita ſi Regulares abeſſent à Ciuitate per dimidium milliæ, quia tunc non tenentur, nec compellendi ſunt ab Epifcopo accedere ad proceſſiones, prout decimum reſerunt *Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 308. numer. 3. Armen. d. loco num. 14. & 11. praxiſ noua Epifcop. par. 2. c. 3. n. 47. in fine.*

22 Tercio limita ſi haberent ex priuilegio, vt non tenerentur ad proceſſiones ire, quamuis ſemel, vel ſapius iuerint: ita reſoluit *Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 308. n. 4.*

23 Prout habent Religioſi Societatis IESV à Gregorio XIII. conſtitut. 36. incip. *Quacunque, dieſe, 1ulij 1576. in Bullario nouo.*

24 Quarto limita in Confraternitatibus laicorum: nam per Epifcopum non potuerunt compelli accedere ad proceſſiones publicas: ſed ſolum inuitari, prout declaratum fuiſſe reſerunt *Franciſcus Leo in d. theſaur. part. 1. capit. 8. numer. decim. octau. Aloyſ. Ricci. d. reſolut. 308. numer. quint. & Campan. d. capit. decim. ter. num. 122. Pölin. de poteſtate Epifcop. capit. 11. numer. 6. praxiſ noua Epifcop. part. 2. cap. 3. numer. trigefim. ſecund. Sed huiusmodi laicorum Confraternitates compelli poſſe dixit *Papia decimum Mari. Anton. vari. lib. 1. reſolut. 93. & facit quod huiusmodi confraternitates, & li quoad temporalia non ſubſint Epifcopis, tamen quoad ſpiritualia ſubſunt, prout reſoluunt Nauarr. conſil. 3. ſub titulo de foro competen. Tiraguel. pie cauſe in praſ. verſ. item reſcriptum fraternitatibus. 5. art. deciſ. quint. de officio Ordinarij, Franciſc. Leo in theſauro ſori eccleſiaſtici part. prim. capit. octau. numer. decim. octau. & part. ſecund. capit. vigefim. nono numer. vigefim. ſecund. Mari. Anton. d. lib. 1. reſolut. 66. Sed prima opinio verior eſt, & vltra ſupra citatos ſecundum illam reſcripſiſſe Sacram Congregationem reſerunt *Marc. Antonius Gennens. in praxi Archiep. capit. 63. numer. 7. Stephan. Gratian. Marchia deciſ. 132. numer. ſext. Carol. de Graſſis de effectibus clerici. effectus 1. numer. 613.***

25 Et quia præſata Concilij diſpoſitione cauetur licere Epifcopo non modo vocare: ſed cogere non curantes accedere, dubium eſt, qua pœna venirent pleſtendi Regulares non accedentes ad prædictas proceſſiones, & an ſub cenſuris compelli poſſint per Epifcopum? Imprimis aliqui tenent cenſuris ab Epifcopo diſtringi non poſſe, vt reſoluunt multi quos reſert, & ſequitur *Sanch. de matrim. lib. 6. diſput. 33. num. 28. Henric. in ſum. lib. 7. capit. 25. §. 7. Fr. Emman. in ſum. tom. 1. cap. 74. n. 4. & dicit decimum Quaranta dicto verbo præcedentia, in fine. Sed ab ipſo Epifcopo*

puniti posse per censuras, & pœnas arbitrarías, aliaque iuris remedia in *sacra Congregat.* resolutum refert *Armeniar.* d. loco numero septimo, & Papiæ decium fuisse testatur *Macerat.* decis. 35. dub. 2. & in *Curia Neapolit.* obseruatum fuisse dicit *Marcus Antonius Genuens.* in *praxi Archiepiscopali* caput. 45. numero nono, & ex alijs resoluít *Aloys. Ricci.* dict. resolut. 308. numero sexto, & saltem pœnis pecuniarijs, vel carcere allerit *Stephan. Gratian.* *Marchie* decis. 232. numero 15.

26 Controuersias quoque omnes de præcedentia inter ecclesiasticas personas tam seculares, quàm Regulares, in processionibus publicis, aut ijs, quæ fiunt in tumultandis defunctorum corporibus contingentes, Episcopus amota omni appellatione componit ex *Tridentin.* dict. caput. 13. debere intelligi amotam appellationem, quoad effectum suspensionis dumtaxat, & compositionem hanc debere fieri breui manu, summarie, ac de plano, sine strepitu, & figura iudicij, nec comprehendí, quæ sunt nullius diœcesis referunt decem *Armeniar.* dict. loco numero decimo, *Iuse.* de *visitat.* libro secundo caput. 15. numero 65. *Campan.* d. caput. 13. numero 120. *Francisc.* Leo d. caput. 8. numero decimo octauo, & resoluít *Frat. Emmanuel* quæst. *Regularium* tom. 3. quæst. 37. artic. 3.

27 In præcedentijs, & processionibus debet attendi consuetudo loci, vt asserunt *Chopin.* *monast.* libro secundo titulus. ult. numero 23. *Seraph.* decis. 335. & decis. 663. & decis. 964. numero primo, ubi addit etiam talis consuetudo repugnaret iuris dispositioni, quod magis dignus veniret preferendus minus digniori *Aloys. Ricci.* in collect. *decisionum* par. 4. collect. 1069.

28 Perpendere tamen Episcopus debet, cum vult componere, antiquiorem foundationem, & illam, quæ est prior in institutione, & approbatione, vt veluti iure potiores præferantur *Aloys. Ricci.* in *praxi aurea* resolut. 102. num. 1.

29 Dum tamen Canonici Regulares præcedant monachos, etiam nigros, vt post longam discussionem, multosque processus superinde compilatos definiuit *Pius IV.* die 23. Septembris 1563. prout referunt *Philipp.* *Pertius* cons. 164. incip. *cum in supremo libro quarto.* *Rendina* in *promptuario recept.* sent. titulo 101. numero tertio, & *Paulus Eusebius* de *visitat.* lib. secundo caput. 15. numero 66. *Nauarr.* tom. 4. de *Regular.* a numero quarto, quamvis *Cassan.* in *cat.* gloria mundi, par. 4. considerat. 54. & 43. defendat Monachos nigros debere antecedere Regulares canonicos.

30 Item Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes, vt constitutum est in *Bulla Pij V.* & declarauit *Gregor. XIII.* prout referunt *Euse.* ubi *proxime*, *praxis* *Episcopalis* par. 1. verbo *processiones*, paragraph. 4. pagina 286. *Frat. Emmanuel* tom. 3. quæst. 37. artic. 1.

31 Aduertendum denique est materiam præeminentiarum regulariter esse magni præiudicij, & propterea non licere de ea sine Superioris auctoritate compromittere, secus est, si compromittatur super modo incedendi, & conueniendi in processionibus, ita decim fuit in *Rot.* in *vna* *Calaguritana* *Præeminentiarum* 30. Ianuarij 1568. coram *Illustrissimo* *Seraphino*, quæ decisio est inter impreflas decis. 36.

32 Quis autem modus in controuersijs de præcedentia componendis seruandus sit, declarauit

Gregor. XIII. constit. sua relata apud *Quarantam in summ.* *Bullarj*, verbo *præcedentia*, pagina 396. alias 504. in noua edit. & *Confectum* fol. 250. & *proximam* *Episcopalem*, d. caput. 3. numero 48. tenoris sequentis. *Exposcit. pastoralis officij munus*: & infra. De nobis attributa potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis fratribus Mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contententibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione orta iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentia, ac iuris præcedendi sunt ijs (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentia huiusmodi inter fratres quidem Mendicantes ijs, qui antiquiores in loco controuersia, inter confratres vero inter se litigantes ijs, qui prius sacris vñ sunt in processionibus, tam publicis, quam priuatis præcedere debeant: itaut si contigerit noua monasteria, aut domos alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sint, ille ordo, qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea, quia inter prædictos Ordines plerunque alia in processionibus, & alia in Concilijs generalibus, & alijs actibus publicis, siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentis prerogatiuas dictorum Ordinum quo ad præcedentias huiusmodi, quæ proprijs Ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentualium Sancti Francisci, aut Minorum de Observantia Fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari, siue per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, domorum, aut Confraternitatum quarumcunque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijsque quoque, indultis, & litteris Apostolicis, &c. Datum *Romæ* apud *S. Marcum* die 15. Iulij 1583.

33 Circa quam constitutionem aduertendum duxi illam dum definit inter Fratres Mendicantes eos præcedere, qui priores sunt in loco, habere locum in prioritate vnus diei, vel horæ, quia prioritas, seu præuentio causatur, non solum per vnum diem anterioritatis, gloss. verbo *iam*, in caput. *si eo tempore*, 45. de *elect.* in 6. sed etiam ratione vnus horæ, gloss. verbo *die obligauit*, in l. *si ex pluribus*, 89. §. *fin. ff. de solut.* & verbo *si non appareat*, in caput. *duobus*, 14. de *rescriptis* in 6. *Cassad.* decis. 20. numero primo, de *præbend.* *Putean.* decis. 172. numero tertio libro tertio. *Menoch.* *remed.* 4. *adipisc.* numero 791. *Aloys. Ricci.* in *praxi aurea* resolut. 103. ubi etiam, quod non solum vnus horæ prioritas, sed etiam vnus punctus, vel momenti facit præuentionem.

34 Et quoniam post dictam Constitut. quamplures ortæ fuerunt lites circa præcedentiam, Ideo

die 26. Augusti 1593. Sacra Congregat. Illustrissimum & Reverendissimum D. D. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum & Regularium præfecta ad tollendas omnes lites & controversias, quæ inter Regulares plerunque solent oriri super eorum præcedentijs in processionibus cæterisque actibus, tum privatis, illud in futurum observandum censuit, quod in hac Alma vrbe omnium magistra servatur, & die 30. Augusti eiusdem anni 1593. Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit suprascriptam Congregat. sententiam Sanctissimo placuisse, & iuxta eam in casibus occurrentibus semper rescribi, & si opportunum fore videbitur Generalem constitutionem desuper fieri mandasse aliam Gregor. X 111. quæ incip. *Exposcit*, alijsque contrarijs minime obstantibus. Quarum declarationum meminerunt Praxis nova Episcopalis d. numero quadragesimo octavo, in fine. Campanil. d. capit. 13. numero 121. versic. Et quoniam, Quaranta d. verbo præcedentia.

36 In materia præcedentiæ inter Religiones attenditur, quod illa quæ est prior in institutione, & approbatione debeat præcedere gloss. verbo prædicator in capit. quorundam de elect. libro sexto. Cassan. in catalogo gloria mundi par. 4. consid. 52. versic. ergo modo. Tob. Non. consil. 71. numero trigesimo quinto, tenuit Rota in una Oriolen. præcedentia 10. Martij 1600. coram D. Litta, & in una Romana præcedentia, 24. May 1600. coram Illustrissimo Lancellotto, ubi etiam fuit dictum monachos trium fontium, & Sanctæ Crucis in Hierusalem debere præcedere monachos S. Eusebij, ex quo eorum ordo, qui est Cisterciensium fuit prius constitutus, & approbatus: etenim illum instituit Sanctus Robertus Monachus Sancti Benedicti anno Domini 1098. Cassan. dict. par. 4. consider. 58. & paulo post Urban. 11. approbavit, ut post alios refert Platina in vita eiusdem Urbani 11. in fine. At vero iste Ordo, qui est Cælestinorum fuit per ducentos annos postea à S. Petro Moroneo, qui fuit Papa Cælestinus V. institutus, sub eadem Regula Sancti Benedicti. Cassan. dict. par. 4. considerat. 60. Hieron. Roman. de Republ. Christiana libro sexto capit. 8. illeſus in historia Pontif. libro 5. capit. 18. in fin. Qui Ordo quamvis, ab eodem Cælestino tam in suis Bullis, quam in alijs, dicatur Ordo sancti Benedicti, & ita appelletur, & monachi servant regulam S. Benedicti, hoc tamen non est, quia fratres sunt eiusdem Ordinis, nam re vera Ordo est distinctus, & separatus, cum sub Ordine S. Benedicti quibusdam constitutionibus, seu statutis appoliti sint plures Ordines distincti, ut refert Cassan. d. consid. 18. inter quos est Ordo Cisterciensium, & Ordo Cælestinorum, Pelag. de planctu Ecclesie libro secundo capit. 21. Tribemius de viris illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 1. capit. 3.

38 Generaliter tamen quisque Rector in sua Ecclesia quoscunque alios, qui ordine hierarchico non sunt eius superiores, antecedit in solemnibus Missis dicendis, alijsque omnibus præeminentijs, & ideo Rota censuit Parochum in una Ecclesia præferendum Decano, & Capitulo Collegiata ad eam Ecclesiam personaliter ex antiqua consuetudine accedentibus, quodque maior minori in eius domo cedere teneatur, Gonzalez ad reg. 8. Canellar. gloss. 6. num. 101. & seq.

39 Cum Contraturnitatibus autem quid servan-

dum sit, dum inter eas contenditur de præcedentia, vide Gutier. libro primo. Canonie. capit. 35. Cenal. commun. contra commun. tom. 4. quaest. 897. numero 236. Amandan. de exequendis mand. par. 1. capit. 1. numero 25. pagina 14.

40 Pro honore enim competit iudicium possessorium, ut ex Bald. & Boer. resoluit Ioan. Garcia de nobilitate, gloss. 35. numero quinquagesimo nono post principium.

41 Vbi etiam, quod antiquiori & nobiliori competit locus honorabilior, quod si ab eo deturbetur, fit illi iniuria, quam de facto potest propellere, de quo etiam idem Garcia de expensis, capit. 8. ad finem, Lara in l. si quis à liberis, in princip. numero vigesimo quinto, ff. de liberis agnoscent. Hinc occurrit, quod nimis propere resoluit Carol. de Graſſis, de effectibus clericalibus effectu 1. num. 613.

42 Quod scilicet in controuersijs circa locum incedendi in processionibus, ut si debent incedere in quarto, vel quinto loco, sit iudex secularis, competens, qui summarie, & de plano, cognita differentia causam terminare debeat. Quando autem differentia est an aliquis sit male cancellatus à Societatibus, vel Contraternitatibus, vel sit recipiendus, vel non, vel an sit canonice quis electus ad gubernium, & administrationem, tales & similes controuersiæ dirimuntur per Episcopum, aut eius Vicarium. Sed quamvis hæc Carol. de Graſſis sententia circa primum membrum videri possit tolerabilis, quando agitur iudicio possessorio, tamen extra illud eam non admitterem, sed potius resolverem ad iudicem ecclesiasticum pertinere controuersiæ dirimere, quæ essent inter ipsas laicorum Contraternitates circa modum procedendi, vel circa habitum, vel quid simile, cum talia sint actiones spirituales, Navarra. consil. 3. numero sexto de foro comp. in no. & laici in dictis actionibus spiritualibus, & concernentibus cultum diuinum sunt suppositi iudicio Episcopi, Stephan. Gratian. Marchia decif. 232. numero quarto.

S V M M A R I V M.

1 Inimicitias in Episcopatu ortæ debent Episcopi componere.

2 Beneficia certo modo impetranti debet Episcopus semper consulere, & defectum obtinentem monere, ut impetret dispensationem.

3 Bullarum Apostol. executionem iniuste impediens ultra excommunicationem Papalem, quam incurrit, tenetur ad fructus deperditos, & expensas fallas.

4 Recurrentes ad iudices laicos pro obtinendis inhibitorijs, & alijs impedimentis, sunt ipso iure excommunicati.

5 Recursus ad curiam secularem probatur ex iuribus minus firmiter extractis, propter difficultatem illa extrahendi seruatis seruandis.

6 Concordes reducere sub pæna excommunicationis potest Episcopus discordes etiam laicos.

7 Pacis violatores tenentur sub peccato mortali Episcopus excommunicare.

8 Lites ne proleantur debet quilibet iudex laborare.

9 Litigantes potest Episcopus ad concordiam, & ad compromittendum compellere, quando lis diu durauit,